UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm LXXIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

rum,ut eſt caſus,in d.l.iubemus,ibiq; Bar.ac omnẽs doct. Quare ex prædictis luce meridiana clarius conſtat Illuſtrẽ,& Magnificã dominam Annã ſuper dictis feudis ratione dotiũ ſuarũ,pro quibus dñs Antoniottus illi omnia bona ſua etiã feudalia hypothecauerat,meliora, & potiora iura cæteris aduerſariis habere,necnon ratione dotiũ Mag.Dominæ Franchettæ matris olim dñi Antoniotti,in quibus ipſa dom. Anna mediãte do.Eliſabeth ſucceſſit, & pro quibus domina Franchetta ſup dictis feudis collocata fuit, & tanto magis,quia,ut mihi relatũ eſt,huic collocationi,& hypothecæ dotiũ dominæ Franchettæ factæ per dñm Auguſtinũ Illuſtr. dominus Marchio dicti feudi directus dñs conſenſit, quo caſu nullũ eſſet dubiũ,quin dicta domina Anna in dictis bonis potior eſſe diceretur,ſtante inueſtitura facta dictis dominis Auguſtino,& Ioanni: ſed idem dico,& cõcludo etiã, ſi de aliquo cõſenſu dicti dñi Marchionis nõ conſtaret per ea,quę ſupra dicta ſunt reſpectu dotiũ dñę Annæ; q̃ omnia reſpectu quoq; dotiũ dominæ Frãchettæ cõueniũt,ut patet. ¶ Præterea intelligo quã plura meliorамẽta,& maximi pretii facta p Illuſtres dños de Adurnis ſuper dictis feudis extare, reſpectu quorũ proculdubio collocatio,& hypotheca facta de oĩbus bonis ꝓ dotibus dñę Annę abſq; cõſenſu ualuit,
39 quoniã † quando feudũ ad dominũ deuoluitur, melioramenta hæredibus etiã extraneis, ac iis q ius aliquod in illis prætendere pñt,reſeruantur,ſi quidẽ de melioramẽtis nõ is iudicatur, ſicut de ipſo feudo, ut in c.1.§.ſi uaſallus hic finitur,lex & ibi doct. Bald. in auth.excipitur,C.de bonis quæ liber.in l.cũ fundus, C.de ſol.in l.2.§.emptor.C.cõmunia, de lega. & ibi Alex.in apoſt.ad Bald. ¶ Rurſus melioramenta facta in feudo qd hæreditarium eſſe dicuntur, & ad hæredes extraneos quoq; tranſeunt,ut per Bal.in d.auth. excipitur,Bar.in l.quæcunq;,C.de omni agro deſer. lib.12.c.ad aures, & ibi doct. cõiter de rebus eccleſi. non alien. ſi ergo ad hęredes tranſmiſſibilia eſſe dicuntur,ſequitur,ꝙ per uaſallũ obligari, & cedi abſq; cõſenſu dñi poſſunt,qa omne, qđ eſt tranſmiſſibile, dicitur eſſe ceſſibile,& qđ nõ eſt tranſmiſſibile, non eſt ceſſibile,ut in l.ex pluribus,& ibi Bar.ff. de adminiſtrat.tutorũ, & Alex.in l.ſi ſtipulatus, in prin.ff. de uerb.obli. ¶ Vltimo ſi fieret controuerſia do. Annæ ſuper poſſeſſione feudi,in qua ipſa conſtituta reperitur,profectò ea in ſua poſſeſſione tuenda,& conſeruanda eſt,donec inter ipſam,& agnatos lis ſuper feudo finita erit, atq; diffinitũ, ad quem feudũ ſpectare debeat,tũ quia etiam iniuſtus poſſeſſor in ſua poſſeſſione tuendus eſt c.in literis,de reſti.ſpolia.l.1.§. qui à me,ff.de ui,& ui arma.l.1.§.1.& l.2.ff.uti poſſid. & facit id,quod uoluit Io.And.in addit.ad Spec. in tit. de teſtam. in §.pen.in ulti. addi. quod ſi etiã certum ſit feudum ad ipſos agnatos ſpectarẽ,tamẽ donec cõtrouerſia ſuper illius proprietate finita erit,filia,quæ tanquã hæres uaſallo ſuccedit, in poſſeſſione feudi conſeruanda eſt,ſeu in illã immittenda, & hoc ſequitur Ale.in l.fi.in ult.col.C.de edic.diui Adriani toll. & facit c.1.§.ſi de feud.cõt.ſit inter do. & agna. cum §.ſequen.& ibi plenè.Ergo cũ dicta do.Anna in effectu hęres ſit dicti Illuſt.do.Antoniotti mediante do. Eliſabeth, cuius eſt hęres, & ipſa do. Eliſabeth fuerit in poſſeſſione dictorũ bonorũ feudaliũ, & poſt eius obitũ do.Anna tàm ut hęres filiæ, q̃ etiã rõne hypothecæ,quã in dictis bonis habere prætẽdit, ſequitur, ꝙ in poſſeſſione illa conſeruanda eſt,donec controuerſia ſuper feudo diffinita fuerit, præſertim cũ eã poſſeſſionem propria auctoritate,& ſine alicuius pſonæ licentia apprehendere potuerit ex pacto, & licentia appoſitis in inſtrumentis dotalibus iuxta ea quæ habentur per Bar.& alios in l.3.C.de p[...] lice.in l.in poſſeſſione,C.ad l.Iul.de ui pub[...] poſitum noſtrum loquitur.Et hæc pro diſcu[...] rium Mag.do.Annæ ſufficiant. Laus Deo.

S V M M Æ.

1 *Princeps iura regalia certi loci ad præiudicium ſubd[...] ſucceſſorum alteri concedere non poteſt.*
Et quomodo hoc procedat nu.16.
2 *Feudalis quæſtio eſt à domino feudi terminanda.*
3 *Princeps infeudando, & iuriſdõnẽ in alium transfer[...] alij delegando,ſe iuriſdictione non priuat, Et quom[...]*
4 *Et iuribus alteri quæſitis nolle præiudicare cenſetur.*
5 *Regij ciuitas fuit, & eſt de feudo imperij.*
6 *Feudalis rei dominium directum, & utile, & poſſeſſ[...] ac ciuilis cuius ſint.*
7 *Vaſallus, & feudatarius alteri rem in feudum conced[...] minio, & naturali poſſeſſione rei, & iuriſdictionis [...] ni iure ſuo priuatur.*
8 *Dominus feudi quo in caſu poſſit cognoſcere cauſas, & [...] nem exercere in rebus, & inter homines loci in feu[...]*
9 *Iuriſdõ penes plures inſolidum diuerſimodè eſſe poteſt.*
10 *Feudatarius iuriſdictionem baſſam, & dominus altam [...] quomodo.*
11 *Actor ſequitur forum rei, & non ècontra.*
12 *Aqua per territoriũ alicuius decurrente quis pro ſuo [...]*
13 *Feudatarius poteſt aliũ ſine conſenſu dñi de ſuo feudo [...]*
14 *Feudum dignitatis hodie de cõſuetudine diuidi poteſt, [...]*
15 *Et in feudum alteri non ſolũ in totũ, ſed etiam in parte [...]*
17 *Imperator ciuitates, & loca etiam in pace Cõſtantiæ [...] teſt in feudum concedere.*
18 *Imperator per capitula edita in pace Conſtantiæ ſibi, [...] ſucceſſoribus manus uoluiſſe ligare non cenſetur.*
19 *Dominiorum diuiſio, & Regnorum ſeparatio dicitur [...] gentium, Et an ad principes ſeculares pertineat, [...]*
20 *Principes ſeculares iuri gentium ſubſunt, non autem [...]*
21 *Princeps ſecularis non poteſt prouincias, uel territoria [...]*
Et an id ſit uerum num.27.& 28.
22 *Feudum dignitatis non poteſt diuidi, ut ex uno plura [...] ri territoria, & quis pro uno feudo plures vaſallos, [...] dominos habeat.*
Et quomodo diuidi poſſit nu.29.
23 *Dignitas non debet minui,ſed potius augeri.*
Præbendæ non poſſunt diuidi. Et an id ſit uerum nu.28.
24 *Seruitutes ſunt incorporales, & diuiſionem non recipiunt [...]*
25 *Iuriſdictio in ſui ſubſtantia eſt indiuiſibilis, quamuis [...] & diuerſæ ſpecies reperiantur.*
Et quid quoad illius exercitium nu.31.
26 *Princeps ſecundum ius gentium, uel eius æquitatem [...] teſt non tamen contra ſine iuſta cauſa.*
28 *Papę permiſſum eſt prębendas, & parrochias quoad [...] tem diuidere.*
30 *Tempus immemoriale habet uim iuſti tituli, & priuil[...]*
31 *Iuriſdictionem, & territoriorum diuiſio quo iure [...] & quomodo fieri poſſit.*
32 *Ius unũ poſitiuũ per aliud ius poſitiuũ, & à principe [...] ptãtẽ condendi ius in loco habente ſine cauſa liberè [...]*

EPITOME.

Fevdatarivs ultimus, cui ab alio feud[...] ſeu uaſallo caſtra, & loca quædam de feudo [...] cum omni iuriſdictione, meroq;, ac mixto [...] in feudũ conceſſa fuerunt,ſolus inter homines [...] caſtrorũ,& territoriorũ cauſas cognoſcit,& [...] nem,illiusque exercitium inter illos habet [...] mus feudatarius,qui cõceſſit,cum eo in iu[...] ne concurrit.

Diuiſio territoriorũ,& iuriſdictionũ etiam [...] do dignitatis, ꝙ ab habente auctoritatem [...] dendi, & principis locum obtinente ualidè [...] rit, hic oſtenditur.

CONSILIVM LXXIIII.

ET ſi in cauſa coram eximiis, ac Magnificis
dominis conſiliariis Illuſtriſſ. & excellen-
tiſſ. Ducis Ferrariæ inter Comitē Iulium
ex una, & cōmunitatē Regij ex altera uer-
tente, clariſſ. Iureconſultus domi. Iacobus Carpeſa-
nus Parmenſis ad fauorē Comitis Iulij conſulendo
omnes difficultates, & ambiguitates ꝯ ipſum Comi-
tē facientes eneruauit, atq; dilucidauit, tamen ſuper
duobus, quæ rectè intuenti à præfato do. Conſultore
declarata ēt fuerunt, adhuc ambigi intelligo, quorū
unum eſt, utrū Illuſtriſſ. & excellentiſſimis Ducibus
Ferrariæ, ſeu Ciuitati Regij ſuper caſtris Comitibus
de Boiardis conceſſis aliqua iuriſdictio cōpetat, & ta
lis, qua mediante poſſint regulariter ſimul, & cumu-
latiuè cū ipſis Comitibus ius dicere in dictis caſtris, &
locis de omnibus cauſis, quæ ratione rerum, locorū,
& perſonarū oriri poſſent, adeo, ꝙ præuentioni ſit lo
cus, an uero iuriſdictio, eiuſq; exercitium ipſis Comi
tibus tantum, & derogatiuè cōpetat. Alterū eſt, an ſe-
parationes, ſeu diuiſiones de dictis caſtris, illorumq;
territoriis à territorio ciuitatis Regij ab ipſis Duci-
bus ad fauorē dictorū Comitū factę de iure ſaltem ad
p̄iudicium dictæ ciuitatis Regij ualidæ fuerint. ¶ Re-
deo ad primū, in quo dicēdum uidetur, ꝙ Duces, qui
iuriſdictionē, merumq; Imperium Comitibus con-
ceſſerunt, ea in illos ita non tranſtulerint, ꝙ à ſe in to
tum abdicare uoluerint, qm̄ † princeps iura regalia
certi loci ad p̄iudicium ſubditorum, uel ſucceſſorū
alteri concedere non poteſt, ut dixit Bald. in c. 1. §. rur
ſus. de pace conſtan. & ſenſit Bar. in l. prohibere. §. pla
nè. ff. quod ui, aut clàm. ¶ Secundo cum uertatur quę
ſtio ſuper aquis, quæ in feudi conceſſione cōtinētur,
illius cognitio debet pertinere ad dominū conceden
tē, uel ad ciuitatē Regij, quæ locū Ducum obtinet tū
ex ſtatutis, tū ex ſpeciali ipſorum Ducū conceſſione.
2 † Quæſtio enim feudalis à domino feudi eſt terminā
da. c. cæterum. c. nonit. de iudi. c. ex tranſmiſſa. & c. ue
rū. de foro compet. c. 1. §. præterea. de prohibita feu.
alie. per Fede. & c. 1. apud quem, uel quos controuer.
3 ¶ Tertio † princeps in feudando, & iuriſdictionem in
alium transferendo à ſe iuriſdictionē abdicare, & illa
ſe priuare non cenſetur, nam ēt cauſas alicui delegan
do ſe quoad illas iuriſdictione non priuat, ut in c. ſa-
nè. & c. ſuper quæſtionū. extra de offic. delega. & pro-
batur ex ijs, quæ uoluit Bald. in prælud. feudo. col. 8.
vbi princeps iura Imperij à ſe abdicare non pōt, alio-
quin Imperium facile ad nihilū deueniret. Præterea
4 † cū ciuitas Regij iuriſdictionē habuerit ꝯ extrahen-
tes aquam ex flumine, & canali ſciuilæ, ut ex priuile-
giis, & ſtatutis dictæ ciuitatis conſtat, iunctis capitu-
lis pacis conſtantiæ, ipſi Principes, ſeu do. Duces prę-
fatos Comites in feudando nō potuerunt iuribus, &
iuriſdictioni huius ciuitatis pręiudicare. arg. c. 1. cum
ibi not. de natu. feud. l. 2. §. ſi quid à principe. & §. meri
to. ff. ne quid in loco pub. ac etiam quia dictos Comi
tes inueſtiēdo iuribus alteri quæſitis præiudicare no-
luerunt, ut in conceſſionibus cōtinetur. ¶ Sed ex ad-
uerſo, p̄dictis nō obſtantibus, ꝙ Comes Iulius de ijs,
quæ in ſuo territorio fiunt, & cōmittuntur, & de cau-
ſis, quæ ꝯ ſuos homines ratione dictarum aquarū mo
ueri poſſunt, ſolus dicatur iudex, & iuriſdictio ad eū
tantū pertineat, ita, ꝙ cum ipſo cōmunitas ciuitatis
Regij, aut ipſe Dux cumulatiuè non concurrat, ex in-
5 fra dicendis probatur, & primò, nam † ex ijs, quę in pa
ce conſtantiæ fuerunt conſtituta, ac etiam ex priuile-
giis, & inueſtituris dictorū Comitum colligitur, ciui
tatem Regij fuiſſe, & eſſe de feudo Imperij, cum illa
prius fuerit ab Imperatoribus conceſſa Ducibus Me-
diolani, deinde à Ducibus Mediolani Ducibus Re-
6 gij, ſeu Ferrariæ: ergo † directū dominium, & ciuilis
poſſeſſio huius ciuitatis, ſuiq; territorij ſunt Impera-
toris, ſeu Imperij, utile uero dominium, & naturalis
poſſeſſio illius ex cōceſſione feudali dicuntur primo
in Ducem Mediolani, & de Duce Mediolani in Mar
chiones, ſeu Duces Ferrarię, & de illis in Comites Bo
iardos tranſlata, ad not. in l. 3. §. ex contrario. ff. de ac-
qui. poſſ. & in l. ſi ut certo. §. ſi duobus vehiculum. ff.
7 cōmoda. cum aliis: ex quo infertur, † ꝙ Marchiones,
ſeu Duces Ferrariæ dando in feudum Comitibus Bo
iardis Caſtrū Scandiani, aliaq; caſtra, & uillas cū illo-
rū iuriſdictione, & mero, ac mixto Imperio, deſierūt
habere illorū locorū, & iuriſdictionis dominium uti-
le, & naturalē poſſeſſionē, qm̄ plures eodē reſpectu,
& eadem poſſidendi ſpecie eandem rē inſolidū poſ-
ſidere non poſſunt, uidelicet uel naturaliter, & ciuili-
ter, uel naturaliter tantū, uel ciuiliter ſolū. d. §. ex con
trario. d. §. ſi duobus uehiculum. & Barto. in l. fi. ff. uti
poſſide. & ideò ſi habens rē in feudū illā alteri in feu-
dū cōceſſit, priuatur utili dominio, & naturali poſſeſ-
ſione, quia illa, quæ habebat, in eum tranſtuliſſe dici-
tur, ut colligitur ex no. per Barto. & alios in l. interdū.
in fi. & in l. quod meo. in prin. ff. de acquir. poſſ. & per
eum expreſsè in l. unica. circa finem. C. uti poſſide.
Hinc glo. fin. ibi, Iaco. Butri. & Cyn. in 5. col. ibi addi-
tio tertio. & Sali. circa finem dicunt, ꝙ ſi dominus rē
in feudū dederit, deinde feudatarius alteri ſimiliter
in feudū conceſſerit, & ultimus alteri, primus domi-
nus dicitur habere dominium directum, & ciuilem
poſſeſſionem, dominium uerò utile, & naturalis poſ-
ſeſſio dicētur eſſe ſolum penes ultimum feudatariū,
cui poſtremò facta fuit cōceſſio, intermedij uerò feu
datarij nihil habebunt, uidelicet nec dominium uti-
le, nec naturalem poſſeſſionem, quoniam dando alij
in feudum, omne ius, & naturalem poſſeſſionē, quæ
penes illos erant, in eum tranſtulerunt ita, ut nullo
modo poſſideant, ueluti etiam optimè declarat Albe
ri. in d. l. unica. & prout in ſimili contingit, qn̄ is, cui
iura ceſſa fuerunt, illa alteri cedit, nihil enim apud eū
remanet, ut in l. 1. §. de illo. ff. ad trebellia. & not. in l.
emptor. ff. de hæredi. uel actio. uendita. quo fit, ut ua-
ſallus, ſeu feudatarius, qui aliàs ratione feudi, & utilis
dominij, naturaliſq; poſſeſſionis iuriſdictionē, & il-
lius exercitium habebat, ſi feudū, ſeu caſtrum cum iu
riſdictione alteri conceſſerit, non poterit iuriſdictio-
ne uti, nec illā habebit, cū alium infeudando omne
ius ſuū utilis dominij, naturaliſq; poſſeſſionis in ſe-
quentē tranſtulerit: ex quibus infertur, ꝙ ultimus feu
datarius, in quē fuit tranſlatū dominium utile, & na-
turalis poſſeſſio, habebit iuriſdictionē, & illius exerci
8 tium inter homines caſtri, ſuique territorij, & † ſi do-
minus feudi, apud quē dominium directū, & ciuilis
poſſeſſio remanſit, uellet cognoſcere, & iuriſdictio-
nē exercere, non poſſet regulariter, niſi in caſu dene-
gatæ iuſtitiæ, uel tempore uacationis, aut in cauſa ap
pellationis, ad notata in c. licet ex ſuſcepto. extra de
foro competen. & in c. quoniam per glo. 10. diſtinct.
& optimè faciunt ea, quæ dixit Bart. in l. fi. ff. uti poſſi-
9 det. col. penultima, ꝙ † iuriſdictio penes plures inſoli
dum diuerſimodè eſſe poteſt, primo qn̄ eadē iuriſdi-
ctio pluribus ſimul competit ratione eiuſdem con-
ceſſionis, uel uirtute ſucceſſionis, ut quando plures
uni domino ſuccedunt, ad notata per Abbatem, &
alios in c. prudentiam. in princip. de offic. deleg. quan
doque etiam plures dicuntur habere inſolidum iuriſ-
dictionem ſubalternatim, ueluti qn̄ unus habet iu-
riſdictionem altam, & alius baſſam, ut exemplificari
poteſt ſecundū Bartolum in illo, qui generaliter om-
nium cauſarum cognitionē habet, alius uerò ſolum
de cauſis appellationum cognoſcere poteſt, ſimiliter

10 †poſſet exemplificari in domino directo, qui ratione
feudi, ſuiq; directi dominij, & naturalis poſſeſſionis
iuriſdictionē altam habere dicitur, & ad eum in cau-
ſis appellationum, uel ob iuſtitiā à feudatario denega
tā recurri poteſt, nā feudatarius ipſe iuriſdictionē baſ
ſam, & inferiorē habere dicitur, ut is ſolus generali-
ter de omnibus cauſis inter ſubditos cognoſcere poſ
ſit taliter, ꝙ dominus directus in illis ſe intromittere
nequeat, alioquin feudatariū in ſua naturali poſſeſſio
ne turbaret, & ꝯ illum poſſet interdicto uti poſſidetis
agi. argumento d. l. fi. cum ibi not. per Bart. iunctis ijs,
quæ in indiuiduo uoluit Bald. in l. 1. q. 43. ff. de rerum
diuiſ. & habetur per dominū Præpoſi. Mediol. in præ-
lud. feudo. col. 7. verſi. dicitur etiā in diffinitione, qui
voluerunt, ꝙ dominus, qui caſtrū conceſſit in feudū,
non poſſit de cauſis primæ inſtantiæ inter, & ꝯ homi
nes dicti caſtri cognoſcere, ſed ipſe feudatarius. Acce
dat id', quod uoluit Ioan. Fab. Inſtit. de Attil. tuto. in
princ. 3. col. & melius Alex. in conſi. 60. uiſa legitima
tione. col. 1. lib. 1. Iaſ. in conſi. 70. ſuper vtraque. col. 3.
Curtius ſenior in conſi. 73. col. 29. verſi. 5. principali-
ter. & in conſi. 65. ſuper præmiſſa. col. 14. Cōſtat itaq;
apertè ex authoritate tantorū uirorum veriſſimū eſ-
ſe, ꝙ ad Comitem Iulium ultimū feudatarium perti-
net inter, & ꝯ ſuos ſubditos, & homines territorij ca-
ſtrorum, & locorum ſuorū cognoſcere, & iuriſdictio
nem exercere, non autem hoc ius regulariter ad Du-
cem Ferrariæ ſpectat, & minus ad ciuitatē Regij, ſeu
ad officiales. Quare ſi dicta Ciuitas ius aliquod ꝯ ho-
mines habitantes in caſtris, & territorio dicti Comi-
tis habeat, uel habere prætendat, ēt occaſione aqua-
rum ſciuillæ, debet ipſa ciuitas ꝯ iſtos homines age-
re coram præfato Comite Iulio, uel ſuis officialibus,
11 qm̄ †actor ſequitur forum rei, & non è contra. c. ſi cle
ricus. & c. cum ſit generale. de foro competenti. Non
conſentio tamen per prædicta, ciuitatē Regij tale, tā-
tumque ius habere ſuper flumine ſciuillę, uel ſuper il
lius aqua, quin ēt homines Scandiani, & maximè di-
ctus Comes poſſint habere ius extrahendi aquam, &
eorū prata pro ſuo vſu, & neceſſitate intra territoriū
12 dicti Comitis irrigandi, nā †ex quo aqua per eius ter-
ritorium decurrit, illa pro ſuo vſu uti poterunt, ut col
ligitur ex ijs, quę uoluit Bald. in l. item lapilli. col. 2. ff.
de rerum diuiſ. & argumento l. ſi cui. in fine. cum gl.
vlti. ff. de ſeruitu. l. 1. §. deinde. in fi. ff. de riuis. cum gl.
in ver. locum. & l. refectionis. cum glo. ff. cōmu. præ-
13 dio. ¶ An †aūt feudatarius poſſit alium ſine cōſenſu
domini de ſuo feudo infeudare, & ꝯnr illū facere do-
minum utiliter, & poſſeſſorem naturaliter, cōmunis
ſchola ſcribentium habet hoc pro indubitabili, velu-
ti pręſupponunt ſcribentes in locis ſupra alleg. c. 1. de
alien. feu. pater. c. 1. §. præterea ducatus. cum glo. de
prohib. feu. alien. per Feder. c. 1. de prohib. feu. alien.
per loth. c. 1. §. ſimiliter. de lege Corradi. c. 1. §. 1. qua-
liter olim feudum alien. poter. cum ibi not. gl. & ſcri-
bentes in c. quæ in eccleſiarum. extra de conſtit. & Io.
14 de Imol. in c. potuit. de locato. Et †quamuis feudū di-
gnitatis aliàs de rigore iuris diuidi non poſſet, tamen
de conſuetudine hodie ſecus eſt. d. §. præterea duca-
tus. & in d. c. 1. in feu. ibiq; ſcribentes. de alien. feu. Prę
15 terea †& ſi feudū dignitatis non poterat diuidi, tamē
in feudum alteri à feudatario concedi poterat nō ſo-
lum in totum, ſed ēt in partem, quia per diuiſionē to
talis alienatio fieri dicitur. argumēto l. 1. C. commu.
vtriuſq; iudi. non autem per infeudationem, qm̄ pe-
nes dominum infeudantē directū dominium, & na-
turalis poſſeſſio remanet. Et licet ex prædictis allega-
tā ſupra in contrarium videantur ſublata, tamen illis
ſpecialius reſpondendo, non refragatur primū, quia
16 †illud procederet, qm̄ princeps totaliter, & pleno iure
vellet iura imperij, vel alicuius partis alteri c[...]
re, illū ſibi quoad bona cōceſſa parē creando [...]
modo loquitur Bald. in prælud. feudo. & in c[...]
ſus. de pace conſtan. & Bart. in d. l. prohibere [...]
ſed ſi princeps vellet vnam ciuitatem, aut re[...]
imperij alteri in feudū dare, certè poſſet, cu[...]
hoc ius erga perſonā vaſalli acquirat, & dire[...]
minium, ciuilemq; poſſeſſ. retineat, alioqui[...]
remus in abſurdum, ꝙ Imperatori, ſeu Reg[...]
ri ſuperiori ſibi vaſallos mediante feudorū c[...]
ne facere, & creare conceſſum non eſſet, q[...]
eſt falſum, quia iura ciuilia, canonica, & co[...]
naria hoc admittunt. c. 1. de nat. feu. ¶ Tolli[...]
cundum motiuum in ſpecie ex traditis ſupra [...]
damento noſtræ concluſionis, quæ breuita[...]
aliter non reaſſumo. ¶ Tertium quoque, & [...]
motiuū non aduerſantur, qm̄, ut doctè ab al[...]
17 catis fuit demōſtratū, †permiſſum eſt Imper[...]
uitates, & reſpublicas in feudū concedere, u[...]
ligitur ex uerbis Barto. in d. §. planè. & Bald. [...]
de nat. feu. & in d. c. 1. §. per triginta. de pace c[...]
tiæ. qui uoluit cōceſſiones factas ciuitatibus [...]
conſtantię fuiſſe tēporales, cum quo domini[...]
cōiter pertranſire uidētur: & poſito, ꝙ fueri[...]
tuæ, tn̄ princeps potuit de illis quo ad vtile d[...]
diſponere, ut colligitur ex uerbis Barto. in d. [...]
& Alex. in conſi. 1. lib. 5. quod conſilium ad [...]
Comitis Iulij melius quadrare non poſſet, & [...]
xan. authoritatem per ſe ad victoriam ſuffice[...]
18 quia †non eſt dicendum Imperatorē per ca[...]
ta in pace conſtantiæ ſibi, uel ſaltē ſucceſſo[...]
luiſſe ligare manus. l. ſi quis in principio. in [...]
lega. 3. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad tr[...]
aliis. ¶ Quoad ſecundum principale, ꝙ ſe[...]
diuiſio de caſtris, illorumq; territorio facta [...]
rio ciuitatis Regij nō valuerit ad præiudic[...]
19 ciuitatis, facit in primis, quia †dominiorum [...]
& regnorum ſeparatio dicitur eſſe de iure g[...]
in l. ex hoc iure. ff. de iuſtitia, & iure. ergo nō [...]
20 ad principes ſeculares, †qui iuri gentium ſ[...]
aūt præſunt. §. penul. Inſtit. de iure natu. ge[...]
Innoc. & alij in c. quæ in eccleſiarum. extra d[...]
tut. & habetur per legiſtas in l. omnes. C. ſi co[...]
21 uel util. publ. ¶ Secundo †hoc probari videtur [...]
ge. §. 1. 10. diſtinct. vbi Imperator, ſeu alius p[...]
ſecularis non poteſt prouincias, uel territori[...]
re, quia ex tali diuiſione poſſet parochiarū, & d[...]
22 ſum ſeparatio contingere. ¶ Tertio †feudum [...]
tatis, quale eſt feudum Ducatus Regij, diuidi, [...]
rari non poteſt, ut ex uno plura dicantur fieri [...]
ria, quia ſic fieret, ꝙ dominus pro uno feudo p[...]
vaſallos haberet, & ſicut non eſt conceſſum, u[...]
te diuiſione unus plures dominos habeat, ita [...]
tra. c. 1. §. præterea ducatus. de prohibita feu[...]
23 Federi. & ibi Bald. Præterea †dignitas non de[...]
nui, ſed potius augeri. l. obſeruādum. ff. de off[...]
vnde ſicut præbendæ non poſſunt diuidi. c. [...]
bus. & c. niſi eſſent. de præben. ita nec dignit[...]
24 dorum. Adde, ꝙ ſicut †ſeruitutes, quæ ſunt in[...]
rales, diuiſionem non recipiunt. l. 2. & l. ſtipul[...]
non diuiduntur. ff. de verb. oblig. ita, & hæ dig[...]
feudorum, quæ dicuntur eſſe quid incorporal[...]
ſequenter indiuiduæ. l. 1. §. quædam. ff. de re[...]
videtur eſſe expreſſum. in l. Imperator. ff. ad m[...]
vbi officiū magiſtratus, & ſic id, quod eſt iuri[...]
25 nis, dicitur indiuiduum, quia †iuriſdictio in [...]
tia eſt indiuiſibilis, cū pro parte explicari nō p[...]
in hoc iudicio. ff. familiæ herciſ. & ut hr̄ per B[...]
1. & in l. imperiū. ff. de iuriſdict. omn. iudic. nō [...]
ſemiiuriſdictio diffiniri, ſed ipſa, prout eſt quo[...]

tegrum diffiniatur: quãuis in iuriſdictione gradus, &
diuerſæ ſpecies reperiantur, ad tradita per eundẽ Bar.
in d.l.imperium.& in §.iudicare.in authen.de defen-
ſo.ciuita.& facit tex.in §.hæc aũt.& in §.hoc aũt.in au
then.ut iudices ſine quoq; ſuffra.coll.2. ¶ Quibus ta
men non obſtantibus, contrarium in caſu, de quo q̃-
rimus, uerius eſſe arbitror, & hoc probatur primo, nã
†licet princeps non poſſit contra ius gentium ſine iu
ſta cã diſponere, ut ſupra, tamen ſecundum ius gẽtiũ,
uel illius æquitatem diſponere non prohibetur, & iõ
Imperator potuit id, quod omnibus erat cõe, diuide
re, & legẽ facere, per quam diuideretur, iuxta c. quo
iure.8.diſt. ¶ Secundo† quamuis ex diuiſione prouin
ciarũ, ſeu territorij facta à principe ſequi non poſſit ſe
paratio, & diuiſio parochiarũ, & ſpiritualium, d.c. le-
ge.tamen ob hoc nõ dicitur principibus, ſeu regibus
prohibitum, quin parochias, & prouincias diuidere,
& de una plures facere tẽporaliter poſſint, ut in d.c.le
ge.ubi hoc præſupponunt gl.& ſcriben.maximè mo-
der.& eſt tex.in l.ſi eadem.ff.de offi.aſſeſſ. ¶ Tertio† ſi
Papę & principi eccleſiaſtico permiſsũ eſt præbẽdas,
& parochias quoad ſpiritualitatẽ diuidere, ut in c.ua-
cante.c.ſignificatum. extra de præben c.ad audiẽtiã.
de eccle.ędif.& habetur in c.ſup eo.de parochiis.Bal.
in l.reſcripta.C.de diuerſis reſcriptis. & eſt bonus tex.
in c.1.in fi.uerb.9.q.2. ergo & principi ſeculari di-
cetur licitũ eſſe diuidere prouincias, territoria, & iu-
riſdictiones quoad temporalitatẽ.argum.c.duo ſunt.
& c.Imperator.96.diſt. c. uerum. & c.quoniã.10.diſt.
¶ Quartò hoc expreſsè probatur in l.ſi eadẽ.ff.de off.
aſſeſſ.ubi Paulus, & moder.latè ponunt, idẽq; uolunt
Bar.ĩl.1.uer.ſed quæro.an una.C.de metropo.lib.11.
29 Pręterea† quamuis feudum dignitatis diuidi nõ poſ-
ſit, ut eadẽ dignitas diuidatur.d.c.1. §.præterea duca-
tus.cũ ſim.eiuſdem tamẽ dignitatis, & iuriſdictionis
exercitũ diuidi põt, ut habetur per canoniſtas in d.c.
prudẽtiã.in prin.& ibi Abb.de offi.deleg. & eſt de mẽ
te Bal.ĩ d.§.præterea ducatus. Et ideò ſi habẽs feudũ
dignitatis retento nomine, & iure integro dignitatis
ſuæ, puta Ducatus, uelit ſub alio, & diuerſo nomine,
& ſubſtantia dignitatis res feudales, & exercitiũ iuriſ
dictionis diuidere, utique poterit, quia ſic feudũ non
dicitur diuidi quoad dignitatem, ſub qua conceſſum
30 fuit.Rurſus† licet de iure feudum dignitatis non poſ-
ſit diuidi.d.§. præterea. tamen de conſuetudine diui-
di, & ſeparari poteſt, quod intelligo eo modo, quo ꝓ-
ximè dixi, & faciunt ea, quæ habentur ꝑ Pau.Caſt. in l.
hoc iure.col.4.uerſi.capio ſecundum. ff.de iuſt.& iur.
Sed iam diu, & à tanto tẽpore citra, de quo memoria
in contrarium non extat, quod tempus habet uim iu-
ſti tituli, & priuilegij.c.1.in fi.de pręſcri. in 6.l.1.§.fin.
ff.de aqua pluuia.arcen.cũ ibi notatis.c. ſuper quibuſ-
dã.§.præterea.cum gl.extra de uerb. ſignifi. Comites
iſti de Scãdiano ſub nomine comitatus ex priuilegijs
diuerſorum principum permanſere diuiſi, ac ſeparati
à territorio, & iuriſdictione ciuitatis Regii ſciente, &
tolerante principe, ergo talis conſuetudo pro lege ha
betur, ut in l.hoc iure.§. ductus. ff.de aqua quotid. &
31 æſti Præterea † iuriſdictio, quæ in ſui ſubſtãtia nõ põt
diuidi, poteſt tamen diuidi quo ad illius exercitum, ꝑ
Bar.in l.ſi plures.ff.de exercito.& in l.ſi uni.ff.de re iu
di.per Abb.& doct.moder.in d.c. prudentiã.in princ.
Bal.in d.§.præterea ducatus.col.2.& 3. & faciunt illa,
quæ ſatis copioſè deduxit ſupraſcriptus dominus Ia-
cobus in ſuo cõſi.& Iaſon, ac alii in d.l.ſi eadẽ.& Pau.
Caſt.in l.hoc iure. ff. de iuſti.& iure.inquit, ꝙ diuiſio
iuriſdictionum, & territoriorum fuit de iure poſitiuo
inuenta: quod etiam pręſupponit Bal.in d.§.præterea
ducatus.col.1. Ergo ꝑ ꝯriũ conſuetudinẽ, & cõtrariã
principis, & habentis auctoritatem ius condendi di-
ſpoſitionẽ tolli, & alterari poterit, ut de unõ territo-
rio duo fiant, & quodlibet p ſe territoriũ ſeparatum
dicetur, ut eſt tex.ibiq; Pau.de Caſt.& moder.in d.l.ſi
eadẽ.& facit §.illud.& §.hoc aũt.in auth.ut iudices.ſi
ne quoquo ſuffra.& argu.c.propoſuit.de conceſſ.præ
32 ben. Nam † unum ius poſitiuum ꝑ aliud ius poſitiuũ
etiam ſine cauſa liberè tollitur, & ſic ab ipſo principe
uel ab alio poteſtatẽ condendi ius in loco habẽte, ut
uoluit Bar.in d.l.fi.C.ſi contra ius, uel util.pub.Abba.
poſt Inn.in d.c.quę in eccleſiarũ.ubi plenè, ſed Duces
Mediolani, & Ferrariæ, ſeu Regij habent poteſtatem
condendi iura in ſuis terris, igitur &c.Et per prædicta
conſtat ſublata eſſe ea, quæ ſupra in contrarium ſunt
allegata. Stabit itaque concluſio tradita pro uera, ꝙ
ſeparatio facta de territorio caſtrorum comitibus Bo
iardis in feudum conceſſorum ualidè, & legitimè fa-
cta fuit ab ipſo Duce Mediolani, & ẽt Duce Ferrariæ,
cum Dux Mediolani, & Dux Ferrariæ in ſuo ducatu
locum principis obtineant, & iura condere ualeant,
ueluti in ſuo conſilio docuit pręfatus D.Iacobus, cu-
ius dicta, & concluſiones in dicto eius conſil.traditas
uti de iure ueras ſequor. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Facti origo, & cauſarum merita in primis inueſtiganda.*
2 *Dominium vtile quando directo non contrarietur, et quãdo ſecus.*
3 *Poſſidere eandem rem eodem genere dominij plures inſolidum nõ poſſunt.*
4 *Emphyteota, ſeu liuellarius non eſt abſque culpa ſuo dominio utili priuandus.*
5 *Dominium utile iurium, & dominium utile rerum differunt, & vnum penes vnum, & alterum penes alium eodem tempore, et inſolidum eſſe poteſt.*
6 *Poſseſſio naturalis ſimul apud plures inſolidum diuerſa ſpecie poſſidendi eſſe poteſt.*
7 *Dominus poſt primam conceſſionem iure feudi, ſeu liuelli, uel emphyteoticario factam cum onere prẽſtãdi annuas penſiones, ſeu præſtationes perſonales poteſt alium de dicta re quoad ius tantum illas penſiones, ſeu pręſtationes exigendi infeudare.*
8 *Dominium utile, & naturalis poſſeſſio rei quomodo apud duos inſolidum eodem tempore eſſe poſſunt.*
9 *Emphyteoſis, ſiue liuellus, & feudũ inter ſe ſubſtãtialiter differũt.*
10 *Emphyteota ſi alicui uſumfructum rei concedat, uterque dicitur naturaliter poſſidere, & quomodo.*
11 *Dominium vtile, & poſſeſſio naturalis rei non poteſt cum dominio utilis iuris conſolidari.*
12 *Et cum quo debeat, & poſſit conſolidari, ſi dictum dominium utile iuris, & dominium directum concedentis concurrant.*
13 *Feudum ad quem reuertatur, ſi ob culpam ultimi feudatarij, qui fuit ab alio uaſallo infeudatus, ſit finitum.*
14 *Emphyteota, ſeu liuellarius priuati ſi tale delictum committat, ob quod bona ſint publicanda, ius emphyteoticum, ſiue liuellarium fiſco applicatur.*
15 *Emphyteota ſi rem alteri ad vſufructuandum conceſſit, deinde à iure ſuo cecidit, ad quẽ res, ſeu utile dominium illius reuertatur.*
16 *Emphyteota primus ſi rem alteri in emphyteoſim conceſſit, & ultimus emphyteota uelit ius ſuũ, & melioramenta uendere, quis ſit requirendus, & debeat nouam inueſtituram facere, & cui ſit pro renouatione ſoluendum.*
17 *Dominus ſi poſt conceſſionem rei in emphyteoſim vni factam alteri iure feudi conceſſit ius percipiendi penſiones, et obuentiones, cui debeatur id, qđ ab emphyteota pro renouatiõibus ſoluitur.*
18 *Feudum differt ab uſufructu.*

EPITOME.

Emphyteota, cui primo res iure emphyteoſis ꝯceſſa fuit, ſi crimẽ ꝯmiſit, ob qd ei⁹ bõa ſint de iure publicãda, & res illa poſt ꝯceſſionẽ emphyteoſis fuit à dño alteri quoq; iure feudi ꝯceſſa quoad i⁹ exigẽdi pẽſiões, & obuẽtiones dñiũ, & ius utile primi emphyteotę ad ad dñm directũ qui cõceſſit, reuerti, & dño illius directo, ac ciuili poſſeſſiõe eiuſdẽ cõſolidari, hic ꝓbatr.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN